



526

1727

29 36

in locis universitatis quo decanatu. 2) Quod Dominius nos
in locis suis exercitando. ut ex parte pugnare non possit. 3)

ORDINIS IVRISCONSVLTORVM

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

h. t. PRO-DECANVS

IO. PAVL VS

SCHRÖTER

POTENTISS. POLONIAR. REGIS ET ELECTORIS SAX.
IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILIARIUS ET
IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV INFERIORIS
LVSATIAE ASSESSOR.

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

652

ACADEMIA HIBERNENSIS
H. PRO-DECANAS
I. PRAE-VATES
I. HEROFER
FONDEA JOHONAR REGIS ET DIRECTORIS SAX.
IN TERRA HIBERNIA CONSISTENS
VATICINA VERSUS
EGOTRI BERNARDI
MINISTERIUM POLITICAE COMMUNICAT. HABET
ALIO DE LIBRARIA ET ANS. I. 15. DE D. 9. ET ALIO
MISERICORDIA. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO.
Dicitur. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO. ET ALIO.
Sed non satis. Et alio. Et alio. Et alio. Et alio. Et alio.
Et alio.





ibidem scrib. auerroger ariston n. 11. v. 1.
not. aed. ap. **L.**, **D.**, **B.**, **V.**, anno
membra p. 1. b. p. subornat. v. 1. v. 1.



entenam, qua de concepta est
inscriptio, *Nobiliss. Jur. Can-
didatus, JOANNES GODO-
FREDVS ELLRICHIVS,*
Hala Magdeburgicus, quam
propositurus est, *Disputa-
tio Inauguralis et in ea plu-
ribus de juribus ejusdem agitur, rectissime
ibidem Jurisdictionem Criminalem esse afser-
tum est. Vti vero in Palatinatu, Franconia et
adjacentibus Regionibus centena in omni-
genam est limitata distincta existit, quarum
illa in universali omnino etiam in levia cri-
mina animadvertisendi potestate consistit. Hæc
vero ad graviora et atrociora delicta et impri-
mis ad quatuor, *Mord/Brand, Nothzucht und
Diebstal* est restricta, leviora vero alia delicta
alioquin ad Criminalem pertinentia jurisdi-
ctio-*

(2)

ctio-

tionem ad Voigteiam et Dominum ejus spe-
ciant, quemadmodum videre est apud SPEI-
DELUM in notabilib. voc. Cent., Cent.-Gericht/
WEHNERUM in pract. Obs. voc. Zent./KNI-
CHEN de Superior. territ. c. 4. n. 318. LINCK. in
Dissert de jurisd. Centenae apud LEUCHTUM c.
1. §. 16. Ita in nostris regionibus, duae Jurisdictionis species, alta seu superior, et bassa, seu
inferior, sunt introductæ, ad hanc caularum
civilium dijudicatio et leviorum delictorum,
ad illam vero atrociorum criminum coercitio
pertinet DAN. MOLLER *Semestr. I. 4. c. 45. n.*
1. 2. et in Electoratu Saxonia quæ ad utramque
regulariter spectant in *Ordinat. prov. de An.*
1550. *repetita An. 1555. tit. Was zum Ober Nie-*
der- und Erb-Gerichten gehörig/ explicatum at-
que sancitum est, de quo amplius conferri pot-
est CARPZ. in Practica Crim. q. 109. Euenit ta-
men quandoque, ut quis non omn genam et
plenam, sed limitatam jurisdictionem altam ha-
beat, perinde ut Centena hanc recipit divisio-
nem et ejusmodi limitatio ex literis investi-
turarum et concessionum apparere solet. Cu-
jusmodi exemplum refert CARPZ. I. 1. R. 49.
nimurum si alicui concessa jurisdictione superior
außer denen Fällen/ so Halsz und Bauch be-
treffen/ vel, wenn die Klage oder Sache an
Haut

Haut und Haar gehet / ut loquuntur tex-
tus Jur. Sax. in art. 13. et 28. lib. 2. Land Recht/
tum enim excepti casus censentur, ubi irro-
ganda pœna mortis vel fustigationis, quoad re-
liqua delicta, quorum pœna est relegatio, tam
temporalis, quam perpetua, item carceris vel
mulcta, ut et in aliis casibus et actibus emolu-
mentis et oneribus, quæ ad altam Jurisdictionem
ex lege publica pertinent, ea ejusque exer-
citio investito omnimodo competente. Quod
Jurisdictionis genus mixtum ex bassæ et altæ
actibus constans et ob delicta leviora pœna-
rum persecutions usque ad fustigationem ha-
bens, alibi Hohe Erb-Gericht dici, SCHILTE-
RVS exerc. ad ff. 6. §. 7. lit. b. autor est. Vice
versa in quos collata est potestas solum de ca-
sibus et criminibus exceptis, cognoscendi et
eorum reos pœnis corporis afflictivis af-
ficiendi limitata jurisdictione alta itidem
utuntur. Et quidem regulariter concessa
jurisdictione exceptis quos dixi casibus,
sub iis intelligendos esse casus et crima, in
qua legibus publicis pœna mortis vel fu-
stigationis est constituta, quamvis in indivi-
duo non pœnæ hæ, sed mitiores ex interveni-
entibus causis infligantur, id quod innuunt
verba finalia Ordin. provinc: Was zum Ober/

(3) und

und Erb-Gerichten gehörig d. An. 1555. quæ disponunt: Dass die Geld-Büße oder Abtrag/ so von peinlichen Sachen herrühren/ wenn eine peinliche Sache bürglich würde/ oder ein Mord Lähmbde oder anders nicht auf Vorsatz oder arge List/ sondern aus solchen Unfleiss u. Verwahrlosung sich zutrüge/ dass sie zu rechte zu einen Burglichen Abtrag gelassen würde/ solche Fälle ob sie gleich zu Geld Büßen gereichen/ doch durch die Ober-Gerichte gestrafft/ und die Straffen eingenommen werden sollen/ mea fert opinio, quam firmat l. 19.

S. 1. ff. de Jurisdict. quæ vult de competentia Jurisdictionis judicandum esse secundum petitionem actoris non ex eo, quod debeatur, unde argumentum fluit itidem circa crimina, ad quam speciem Jurisdictionis coercitio pertineat, ex denunciatione et qualitate pœnæ, quæ legibus regulariter lancita, non iis, quæ il lam mutare queunt, esse spectandum consentiente CARPZ. eit. l. q. 109. n. 39. atque si existant indicia saltem ad inquisitionem a Juide istiusmodi casuum, illa poterit institui. Aliter vero se res habet, si concessa est omnimoda Jurisdiction, in allen Fällen/ so nicht peinlich seyn/ oder peinlich können gestrafft werden/ tum enim ex intentione concedentis latifimam

tissimam interpretationem recipit concessio
et exceptio ad eos casus, ubi actu, pœ-
na criminalis infligenda est restringenda, et non
antea, quam hoc apparet, causa ad eum devol-
vitur, cui nomine concedentis Jurisdictionem
criminalem exercere commissum. In quem
modum circa Jurisdictionem Academiæ hujus
loci extat declaratio Serenissimi Elect. Sax. Io.
GEORGII I. de 14. Febr. 1614. qua indul-
ta est Academiæ summaria cognitio, ob eine
Sache peinlich / quod quantum quidem me-
mini eo per Rescripta postmodum est ex-
tensum, ut si non in flagranti crimine capitali
reus fuerit deprehensus, ipsa specialis inqui-
sitio apud Academiam manere debeat, bis
was peinliches aut tortura aut pœna corpo-
ralis, erkannt / Conf. Dn. Ordinarius WERN-
HERUS Vol. 1. Obs. 266. Est et alia Jurisdi-
ctionis alta limitata concessio , si ad quem
pertinet de omnibus gravioribus delictis
cognitio et inquirendi et ad sententiam ferendam
Acta transmittendi facultas , destituitur
mero imperio et potestate dictatas pœnas ul-
timi supplicii et fustigationis exequendi, sed
alii judici reos puniendos tradere tenetur, cui
vel cum Jurisdictione criminali omnimod
vel sine ea solum competit merum imperium
de

de qua limitatione STRYK. in Usu ff. mod. tit.
d. Juri sdi&t. §. 10. agit, quem sequitur N o B.
DN deBERGER in Oeconom. Jur lib. 4. tit. 4. n. 18.
Caterum Jurisdictio alta seu criminalis non
solum in homines, qui cives et incolæ sunt
ejus loci et districtus, in quo Judici concessa
ibique domicilium habent, sed et in illos, qui
alibi degunt sed in isto loco et districtu deli-
querunt, vel, cum alibi crimen admiserint, illic
deprehenduntur, exerceri potest, inde ob cri-
men perpetratum triplex forum esse per hi-
betur, domicilii, delicti commissi et deprehen-
sionis, quod jam jure Romano in L. I. C. Vbi
de Criminibus constitutum, et prolixæ a CARP-
ZOVIO in praxi Crim. q. 110. n. 6. seqq. explica-
tum. Est enim forum domicilii omnibus causis
tractandis generale l. 19. § fin. ff. de jud. c. 17. X.
deforo comp. M E V. p. 5. dicit. 176. Nihilomi-
nus tamen Dd. forum delicti commissi, cuius
Jurisdictionem, cui subjectus alias non est, pro-
rogat delinquendo reus BRUNNEM. ad L. I.
C. ubi de Crim. n. 6. potentius et principalius
in causis criminalibus esse et omnia alia fora
superare statuunt PETR. THEODORICUS in Crimi-
nal. c. 10. n. 17. et omne privilegium fori tol-
lere et dignitatem tradunt CARPZ. c. l. n. 15.
ZANGER de except. p. 2. o. 1. n. 222. 223. Nob. DN de
BER.

BERGER in *Oec. Iuris lib. 4. tit. 4. not. 3.* LAU-
 TERB. in *Colleg. Theor. pract. ad tit. de Jurisd. 51.*
 §. et habent luculentum legum astensum in
L. i. C. ubi Senatores, Unde manavit conclusio,
 quod et Nobiles a judice loci, ubi crimen per-
 petratum, recte puniantur, quæ et ad officia
 les Principis est porrecta, tamen a plerisque
 cum temperamento, ut aliquod discriminem ob-
 servetur inter Nobiles et officiales aulicos et
 qui semper apud Principem in aula vivunt ac
 pro domesticis sunt, maxime si delictum sit ad-
 missum in ciuitate, ubi Princeps aulam et cu-
 riā magistratus vero municipalis altam juris-
 dictionem habet, et inter alios Nobiles et
 Officiales, ita, ut illinon subjiciantur foro de-
 lieti sed ad Principem vel eius curiam crimi-
 nū ab illis perpetratorum cognitio et ani-
 maduersio spectet, in his vero diversum obti-
 neat, et ipsi sub regula superius tradita mane-
 ant, MATTH. STEPHANI *de Jurisd. lib. 2. p. 2.*
c. 2. n. 8. seqq. et no 101. seqq. BERLICH. *p. 1.*
concl. 2. n. 33. PETR. HEIG. *p. 2. q. 25.* CARPZ.
c. 1. n. 80. BRUNNEM. *in Proc. inquis. c. 3. n. 30.*
 Præterea et foro delicti perpetrati hoc datum
 est, ut deliquescentes, si ibinon inveniantur, sed
 alibi degant vel deprehensi sunt, ad petitio-
 nem judicis loci delicti alios judices remitte-
 re

)(

re ad illud oporteat, & jure civili eiusmodi
remissiones sint necessitatis l. 7. ff. de custod. et
exb. reor. l. 7. §. 4. ff. de accus. l. fin. eod. l. 3. ff.
de re milit. et a Justiniano in Nov. 134. c. 5. sub
mulcta imperatae, cujus rationes suppeditant
Nov. 134. c. 5. et l. 28. §. 15. ff. de poenis conf.
CARPZ. c. l. q. 54. n. 51. seqq. et q. 110. n. 45. seqq.
RITTERSHUS. ad Nov. p. 9. Cap. 10. n. 57. Vnde
Dd. perhibent, quod de jure civili, si et
judex domicilii inquirat, et inquisitum cepe-
rit et petatur remissio a judice loci delicti, te-
neatur remittere ANT. TESSAURUS decis. 90. n.
4. KOEPPEN. decis. 43. n. 12. seqq. Attamen
haec necessitas in Germania iam dudum ob-
soleuit et ab usu recessit atque in arbitrio ju-
cis domicilii, vel qui delinquentem apprehen-
dit, positum est, an judicis fori delicti requisi-
tioni locum dare velit vel secus LAUTERB.
cit. l. BRUNNEM, in Proc. inquis c. 3. n. 6. id
quod maxime in Electoratu Saxon. obtinet
CARPZ. c. l. n. 53. seqq. ubi remissionis neces-
sitas per Ordinat. Prov. d. An. 1555. tit. Dass
wenn diellbelthäter in Alembrt verbrechen etc.
eatenus est restricta: Dass diejenigen welche
in denen Churfl. Alembrt und Gerichten
verbrechen / und sich flüchtig machen / und in

in derer Unterthanen Gerichten wiederumb zu
 Hass bracht werden / auf Thurfürstl. Regie-
 rung Ansuchen / von denen Gerichtshabern
 in die Aembter / und Gerichte / darinnen die
 Verbrechung geschehen / wiederumb zu gebüh-
 render Rechtfertigung gefolget werden / und
 solches einem jeden / an seinen Gerichten un-
 nachtheilig seyn solle / quod ipsum cum alia
 restrictione confirmatum in Resol. grav. de
 ad 1661. tit. Iustitien Sachen S. 45. hoc modo,
 daß die Gestellung nur in grauibus delictis statt
 haben hingegen dahin nicht gedeutet werden
 solle / daß vice versa Beambte die Amts-Unterthanen in derer von Adel oder Stadt-Gerichten/
 wenn sie allda delinquiret / zugestellen
 verbunden seyn sollen / ubi simul in sequenti-
 bus remittendi necessitas, quoad cæteros, qui
 alta jurisdictione sunt instructi, conceptis uer-
 bis abrogata, et sancitum : Daz die Remissi-
 ones arbitrariaz und der Delinquent, wenn Er
 nicht über der Verbrechung ergriffen und an-
 gehalten wird / oder sich sonstens des Orths
 Ding-pflichtig gemacht / regulariter nicht in
 loco delicti, sondern des Orths/wo er sein
 Domicilium oder ordentlichen Richter hat / o-
 der sonstens anzutreffen belanget werden muß/

(2)

der-

derselbe Iudex auch ihn wieder seinen Willen
ad locum delicti zu remittiren nicht schuldig /
Vti vero per hanc dispositionem *Jur. Sax.*
Elect. arbitrio Iudicis domicilii vel deprehensionis simpliciter relictum manet, remittere reum ad locum delicti petente ejus loci judice, vel non: ita nec hic Iudex domicilii obstrictus est reum ad requisitionem Iudicis ejus loci, ubi deprehensus est, vel crimen patravit, invitus avocare et contra ipsum inquisitionem instituere. Postquam enim remissio est facta liberi arbitrii, pariter et repetitio libertatis esse debet. *STRYK.* in usū ff. mod. tit. de Iurisd. §. 28. *BRUNNEM.* in Proc. C. 3 n. 7 Nob. DN. DE BERGER c. l. not. 4. Et tenentur tali casu Iudices loci delicti vel deprehensionis, quippe quorum jurisdictio in reum est fundata procedere, nec sine dispendio et iactura suæ jurisdictionis reum sine poena dimittere queunt. *STRYK.* et *BRUNNEM.* cc. II. *CARPZ.* c. l. q. 110. n. 72. ubi et rationes expromunt. Si vero instat pars per delictum læsa et urget remissionis petitionem ad locum delicti, quia forte expeditiores probationes ibi haberri posse sibi persuasum est, et annuat ejus precibus Iudex, tum non dubium est, ipsum ad suppeditan-

randum vel refundendum expensas in remis-
 sionem et inquisitionem erogandas obligari,
 CARPZ. c. l. n. 67. quicquid enim fit per judi-
 cem ad petitionem partis, huius sumptibus sie-
 ri debet, ANTON. FABER in C. l. 6. tit. 27. def.
 25. n. 4. Plura ad meteriam remissionum perti-
 nentia explicare in praesens instituti ratio non
 patitur. Igitur, quae ad remissiones caute-
 ciendas observanda, quam diu illæ fieri pos-
 sint ac debeant, in quibus casibus hodie et
 in his terris sint quodammodo necessitatis?
 uideri poterit apud CARPZ. c. l. q. 110. n. 63.
 seqq. KOPPFN decis. 43. BRUNNEM. in proc. in-
 quis. c. 3. n. 11. seq. et ad l. ult. ff. de Iurisd. n. 3.
 seqq. THEODORICUM c. 4. n. 66. sq STRYKIN
 usu ff. mod. tit. de Indic. §. 27. Nob. DN. DE BER-
 GER in Oecon. Jur. l. b. 4. tit. 4. n. 4. seq. Idem in
 Electis Proc. crim. pag. 337. quo remittendo
 provoco, & convertor ad exequendum, quod
 praesens negotium postulat, nimirum ex more
 consueto de natalibus, studiorum progressu,
 & vita haec tenus acta, initio laudati Nobiliss.
 Iurium Candidati. in cuius gratiam scrip-
 tio hæc susceptra, suppeditata exponere:
 Lucem aspexit Halæ Magdeburgicaæ, die 23. Jul.
 Anno cccc. 1712. parentes sortitus honestissimos,
 patrem, JOANNEM CHRISTOPHORUM

(3) EL-

ELLRICHIIUM, Virum integerrimum & ex
primariis civium hospitium publicum exercen-
tem, matrem MAGDALENAM KOENI-
GIAM, Querfurensem, Matronam ornatis-
simam, quibus prima cura fuit, ut mox salu-
tari fonte tinctum literis per fideles Praece-
ptores inituari facerent, cui rei cum tenera
etas usque ad duodecimum etatis annum fuis-
set impensa, interveniente obitu Patris a Ma-
tre optima in disciplinam celebris Orphano
trophii datus, per integrum triennium ibi ha-
bitas lectiones sedulo & diligenter frequen-
tauit, Quo exacto Querfurthum ad Rectorem
Schole eius loci M. ROEDERUM accesit, &
eius lectionibus tam publicis, quam privatis,
quamdiu per adversam valetudinem licuit,
non sine insigni fructu interfuit. Postmodum
Budissam profectus, & in Gymnasium rece-
ptus ab ore tam Rectoris M. BERNAUFRI
quam Con-Rectoris M. THUMEN peperdit,
quorum indefessa opera & fidelissima insti-
tutione consecutus est, ut nondum elapsso bien-
nio ad Academica studia habilis ex senten-
tia Preceptorum iudicatus, Gymnasio habitu
in actu oratorio, solenni & publico Oratio-
ne valediceret & cum magna laude & insi-
gni

gnibus elogiis decoratus, dimitteretur. Concesit deinde ad hanc Academiam addiscendā Jurisprudentie operam daturus, ubi per aliquod temporis spatum commoratus iterum a vocatus, & in patria Hallensi Academia studia pertexere jussus est ibique Scholis Juridicis, quas Celeberrimi Viri, THOMASIU^S, BOEHMERUS, GUNDLINGIUS, & HEINECCIU^S aperuerunt, magna assiduitate interfuit, simul ad Praxin forensem insigni cum emolumento SCHLITTIO & GREIFFIO Ductibus usus est, nec tamen Studia Philosophica neglexit, sed in eas Lectio WOLFFI sedulo audivit. Jam Studiorum suorum fiduciam habens ad orandas in foro clementum causas, animum appulit, & fato quodam ad terras Schwävarzburgicas ductus, ibi ejus rei auspicato & cum felici successu initium fecit, ita ut mox munus & officium Advocati a Principe Regimine in illum conferretur, quo baculus cum applausu functus est.

Non ita pridem ad hanc Academiam reversus est, Licentiam adipisci summos in Jure honores ab Amplissimo I^Ctorum Ordine petiturus, & sine difficultate ad edenda specimina consueta & per statuta requisita, admisitus, tam in tentamine, quod vocant, quam examine rigoroso, ita stetit, ut nemini dubium haereret, iphi ad ulteriora protenus uiam esse aperiendam. Proximo igitur die 28. Nov. sub Praefidio

silio Magnifici Domini Ordinarii WERNHERI,
Consistorii Eccles. Directoris gravissimi & Antecef-
foris Primarii, Facultatis h. t. DECANI Disputati-
onem Inauguralem de Jure affigendi publice Mandata
Vogtheie Immediate contra Centenam asserto, habebit,
quem solennem Actum ut RECTOR ACADE-
MIAE MAGNIFICUS, ILLUSTRISSIMI CO-
MITES, & ILLISTRIS LIBER BARO, & reli-
qui IURUM FAUTORES, sua præsentia conde-
corare dignentur, ab Iis enixe & officiosissime peto,
atque contendeo, nostri Ordinis nomine quæ ab
eo proficiisci possunt, studia atque officia mutua san-
cte promittens, P. P. sub Sigillo Facultatis Iuridicæ
Dominica XXIV. post Festum Trinitatis An-
no reparatae salutis cœlo CCCXXVII.

VITTEBERGÆ

EX OFFICINA JOANNIS LUDOLPHI FINCELII.


Wittenberg, Diss., 1727 A. 50

ULB Halle
003 612 600

3



Sb.



B.I.G.

Black

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
Centimetres	
1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8
Inches	
1	1
2	2
3	3
4	4
5	5
6	6
7	7
8	8

Farbkarte #13

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Blue

Cyan

Black

526
1727 29 36
in loris universitatis, oceania, &c. Quod Dominius N.
sunt in pte. mte. exte. &c. quae per se sunt
ordinis iurisconsultorum

ORDINIS IVRISCONSULTORVM

IN

ACADEMIA VITEMBERGENSI

h. t. PRO·DECANVS

IO. PAVLVS
SCHRÖTER

POTENTISS. POLONIAR. REGIS ET ELECTORIS SAX.
IN SVMMO PROVOCATIONVM SENATV CONSILARIUS ET
IVDICII PROVINCIALIS IN MARCHIONATV INFERIORIS
LVSATIAE ASSESSOR

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.